Dubium non est ut ei manifesta non lateant quia ab
scondita deprahendit Sapiens in uerbis sē ipsum
effabilē facit Homo pius in sapientia manet sicut sol
Nam stultus sicut luna inmutatur Quō sapientia est
timere dm̄ abstinere se a malis scientia Oculi sapi
entis in capite eius et stulti in tenebris ambulant Doc
ti sicut stella fulgebunt et qui alios erudire poterant in
aeterna resplendebunt claritate Posside sapientiā
quia auro melior et adquire prudentiā quia pretiosior
est argento Beatus homo qui inuenit sapienti
am et qui adfluit prudentia Melior est adquisitio eius
negotiatione argenti et auri pu[…] purissimi Fruc
tus eius praetiosior est cunc[…]tis opibus et om
nia quae desiderantur huic n̄ ualent conparari

de patientia

Beati pacifici quō filii dī uocabuntur Tribus
modis uirtus patientiae exercere sole(t) Aliud
quod a dō aliud ab antiquo aduersario aliud a pro
ximo tolleramus; Adō autem flagella ab antiquo au(tem)
aduersario temptamenta A proximo namque
persecutiones et dampna Patientia uera est a
liena mala aequanimiter perferre et contra eum
qui mala inrogat nullo dolore mordere Nam qui
sic proxima mala portat ut tm̄ tacitus doleat et
tempus retributionis quaerat patientiam n̄ exhibet